OFFICIVM
S. ANDREÆ
CORSINI
ORDINIS CARMELITARVM

Epiſcopi Feſulani, & Confeſſoris.

Semiduplex.

A Sac. Rit. Congr. recognitum, & approbatum.

De mandato Sanctiſsimi D. N. ALEXANDRI Papæ VII. in Breuiario Romano apponendum.

Et ab omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, qui ad horas Canonicas tenentur, ad libitum, die 4. Februarij recitandum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.



4

ROMAE. Ex Typographia Reu. Cam. Apoſt. 1666.

Superiorum permiſſu, & Priuilegio.

Digitized by Google

Digitized by Google

Die 4. Februarij.

IN FESTO

ANDREÆ CORSINI

ORDINIS CARMELITARVM

Epiſcopi Feſulani, & Confeſſoris.

Semiduplex ad libitum.

Omnia de Communi Confeſs. Pontif. præter Orationem, & Lectiones ſecundi Nocturni.

Oratio.

DEvs plebis tuæ miſerator, cui ...tus ANDREAS Pon... abdicato ſæculi fa... liberiori placuit mi... erio, da quęſumus ...toris ſui ſolemnia re... ſenti eius non deſti... ſuffragio, cuius con... t meritis tuæ reſtitui ...tior maieſtati. Per Dominum noſtrũ &c.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

Lectio iv.

ANDREAM Florentiæ ex nobili Corſinorum familia natum, parẽtes præcibus à Deo impetrarunt, & Beatæ Virgini ſpoponderunt,

Qualis autē futurus eſſet diuino præſagio, antequam naſceretur, oſtenſum eſt, nam Mater grauida ſibi viſa eſt per quietem lupum edidiſſe, qui ad Carmelitarū ædem pergens in ipſo templi veſtibulo ſtatim in agnum conuerſus eſt. Adoleſcens piè, & ingenuè educatus cum ſenſim ad vitia declinaret, ſæpè à matre increpatus fuit. Vbi autem cognouit ſe parentum voto Deiparæ Virgini dicatum fuiſſe, Dei amore ſuccenſus, deque viſu Matris admonitus, Carmelitarum inſtitutum amplexus eſt, in quo varijs tentationibus à Dęmone vexatus, nunquā tamen potuit à Religionis propoſito dimoueri. Mox Lutetiam miſſus emenſo ſtudiorum curriculo, & laurea donatus in patriam reuocatur, ſuique Ordinis regimini in Hetruria præficitur.

Lectio v.

Interea Feſulana Eccleſia ſuo viduata Paſtore eum ſibi Epiſcopum elegit, quo munere ſe indignum æſtimans diū latuit ignotus donec pueri voce mirabiliter loquentis proditus, & extra Vrbem inuentus, ne diuinæ contradiceret voluntati Epiſcopatum ſuſcepit. Ea dignitate auctus humilitati, quam ſemper coluerat, impenſius incubuit, & paſtorali ſolicitudini miſericordiam in pauperes, liberalitatem,

Ora-

rationis aſſiduitatem,
gilias, aliaſque virtu-
; adiunxit, & ſpiritu
am prophetico clarus
it, adeout eius San-
tas ab omnibus cele-
aretur.

Lectio vj.

His permotus Vr-
banus V. ad ſe-
ndas Bononię turbas
NDREAM legatum
iſit, quo in munere
ultā perpeſſus Ciuiū
lia, quæ ad interne-
onem exarſerant, ſum-
a prudentia reſtinxit,
m reſtituta tranquil-
ate ad propria reuer-
s eſt. Nec multo poſt
ſiduis laboribus, &
luntaria carnis mace-
tione confectus, obi-
s die à Beata Virgi-
ſibi prædicto ad Cæ-
lia regna migrauit
anno Domini milleſi-
mo trecenteſimo ſep-
tuageſimo tertio, ætatis
ſuæ ſeptuageſimo pri-
mo; Quem Vrbanus
Octauus multis, ma-
gniſque Miraculis cla-
rum Sanctorum nume-
ro adſcripſit. Eius Cor-
pus Florentiæ in Eccle-
ſia ſui Ordinis quieſcit,
& maxima Ciuium ve-
neratione colitur, qui-
bus non ſemel in præ-
ſenti diſcrimine præſi-
dio fuit.

In tertio Nocturno Euang. Homo quidam peregre proficiſcens.

Homil. S. Greg. Papæ de Commun. Confeſs. Pontif.

Miſſa de Comm. Cōf. Pontif. Statuit. Prima Oratio, vt ſupra reliqua de eodem Communi.

Congregatio Sacrorum Rituum Lectiones prædictas de Sancto Andrea Corſino reuidit, ac maturè perpendit, & approbauit die 18. Septembris 1666. Eaſque Sanctiſſimus cum reliquis de Communi Confeſs. Pont. & præfata Oratione propria ab omnibus Chriſti fidelibus vtriuſque ſexus tum Secularibus, tum Regularibus ad libitum ſub ritu ſemiduplici recitari, & imprimi poſſe conceſsit. Die 21. Octobris 1666.

M. Epiſc. Portueñ Card. Ginettus.

Loco ✠ ſigilli.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congreg. Secr.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

Congregatio Sacrorum Rituum Lectiones prædictas de Sancto Andrea Corſino reuidit, ac maturè perpendit, & approbauit die 18. Septembris 1666. Eaſque Sanctiſſimus cum reliquis de Communi Confeſs. Pont. & præfata Oratione propria ab omnibus Chriſti fidelibus vtriuſque ſexus tum Secularibus, tum Regularibus ad libitum ſub ritu ſemiduplici recitari, & imprimi poſſe conceſsit. Die 21. Octobris 1666.

M. Epiſc. Portueñ Card. Ginettus.

Loco ✠ ſigilli.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congreg. Secr.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google